1298 Ottobre. Asti. 29.

Anno domini millesimo ducentesimo nonagesimo octavo indictione undecima die lune [illegible]
mensis octubris In presentia testium infrascriptorum confessus fuit Obertinus de
castagnolis se habuisse et recepisse a domino Roberto pelleta Recipiente nomine
et vice Damesine cuius filie et uxoris dicti Obertini in dotem et pro dote et nomine dotis
ipsius Damesine libras septingentas bonorum denariorum astensium Renuntians exceptioni non
numerate et non habite et non recepte pecunie et non habite et non recepte predicte
dotis doli mali et in factum conditioni sine causa et ex iniusta causa fori privilegio
et omni alii exceptioni et iuri. Pro qua dote et ad conservandam predictam dotem dictus
Obertinus omnia sua bona mobilia et immobilia habita et habenda eidem domino Roberto
Recipienti nomine dicte Damesine pignori obligavit. Tali modo et forma facta est
dicta obligacio quod dicta Damesina et sui heredes et habentes causam ab ea et cui dederit
ut alienaverit seu aliquo modo concesserit in ipsis et super ipsis bonis Regressum
habeat et habere possit et ipsa bona nomine pignoris dotis predicte habeat teneat et
possideat donec dicta Damesina ut habens causam ab ea de predicta dote fuerit integre
persoluta. Si ipsa pervenerit ad eum casum in quo dicta dos de iure repeti possit secundum
legem [illegible] ut consuetudinem eidem [illegible] competentem. Non obstante contradictione
dicti Obertini [illegible] heredum et cuiuslibet alterius persone. Actum est in domo heredum
de castagnolis in qua tenet apotheca Donatus de [illegible] et [illegible]. Testes interfuerunt
Franciscus de castagnolis Fredericus pelleta et Obertus marochus. Et ego [illegible] Rossinus
de [illegible] notarius palatinus interfui et scripsi.

Universitäts- u. Landesbibliothek Halle/S.

Morbio 15 (29)

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:3-1192015415-1815853514-10/fragment/page=0001
DFG

de dote dame n
filie dm vatr
pelle

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:3-1192015415-1815853514-10/fragment/page=0002